



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 8. Fatigatus ex itinere. Lassauit Christum labor itineris: cuius corpus inter omnia creata perfectum aptumque fuit, vt in eo pateretur: ex vaticinio Daud.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

volatrices, quia illas paratas habebat, de quibus
Abac. 3. 8. Vires sic Abacuc. *Quadrage tua saluatio.* Currus
 habebat velocissimos, cum sibi iamulantibus il-
 los ministrat igneos, equosque flammeos, quali-
 bus Eliam Prophetarum in paradysum transitu-
4. Reg. 6. 2 lit terrestrem. Millia millium sunt illi fercula,
 nullis extracta Seraphinis, qui sibi hoc de of-
 ficio gratulantur, quibus incedere consuevit.
Pf. 67. 18. Currus Dei aerem millibus multiplex, millia lata-
 tionum, Dominus in eis. Quintimo ex Angelorum ma-
Luc. 16. nibus fercula conficit, quo anima mendici La-
 zari in sinum veheretur Abraham, & innumeros
 habet Angelos huic muneri destinatos: ut festos
 suos sustollant, & ab omni caligine offendicu-
 culo seruent incolumes. *Angelis suis Deus man-
 dauit de te &c. in manibus portabunt te, ne forte
 offendas &c.* Horum nullo voluit uti quia in sa-
 lutem nostram pedes voluit instituire visitatio-
 nem, tanto se labore conficiens, ut ex itinere
 lassus, ad ciuitatem appellens Sichar, se prosternat
Pf. 90. 11. ad puteum. *Fatigatus igitur ex itinere sedebat &c.*
 Quoddam capiens ex aquarum gurgite refrigeri-
 um. *Ad puteum vires refecit.* O dulcissime Ie-
 su, qui primicus iteratis viribus, ad ternorum
 tuorum ex via fatigatum te reationem petras
 emollisti durissimas, & ex iis aquarum fluentia
 deduxisti in desertis aridissimis, ubertate tanta,
 nubes re- tantaque regie, ut illos aquae comites per de-
 frigeran- ferta sequerentur.

VIII.
 Deus, qui primicus iteratis viribus, ad ternorum
 tuorum ex via fatigatum te reationem petras
 emollisti durissimas, & ex iis aquarum fluentia
 deduxisti in desertis aridissimis, ubertate tanta,
 nubes re- tantaque regie, ut illos aquae comites per de-
 frigeran- ferta sequerentur.

Hoc ita interpretatur D. Hieronymus dixisse
 Apostolum: *Consequente eos petra.* Quod illos pe-
In ca. 10. tra fons ingitur manans ad refrigerium & vo-
Cor. 1. luptatem sequeretur: de quo postmodum. Fami-
 liare tibi fuit fontes in arenosis sterilibus aperire
 sanissimos ac dulcissimos. Amicis tuis D. Tu-
 liano, D. Clementi, D. Vincentio, D. Magino,
 quibus redundat Sanctorum historia. Adde, &
 in refrigerium Ducis tui Samsonis ex mandi-
 bula asini fontem iussisti scaturire. Facile tibi
 fuit o Domine, ad itineris leuamen filius tuus
 per deserta gradientibus mittere nubes ymbra-
 cillum, quo protecti a solis ardoribus serua-
 rentur incombusti: prout quoque fecisti in ho-
 norem Sancti Martyris tui Petri, quo in publi-
 co contra Manicheos haereticos foro dispu-
 tante, & omnibus non leuem sole causante mo-
 lestiam, ait illi primarius haereticus, in quem
 ceteris acris inuehebatur: si tanta sit Dei po-
 tentia, quantam esse fingis, ab eo flagita, super
 locum hunc nubem extendat refrigerantem,
 ne solis ardoribus nimium adstantes exuriantur.
 Quid loquar? antequam iamulus tuus suos ad
 te oculos dirigeret, hoc effectus, ut calor ille

nimius in austrum verteretur temperatissimum.

Eodem modo seruo tuo Medardo clemens
 adfuit, qui cum minorensis esset, & in aperto
 campo sub a decedente pluuia promeretur, aquila
 illi desuper misisti, quae per eum alas suas ut
 umbella protegeret, ita ut ne vna quidem illi
 adferret gutta molestiam. Addatur & illud, ne
 Martyres tui fidelissimi fornacis ardentissimae
 Babylonis ignibus cremarentur rosem illis pro-
 uidisti salusticum, quo flammatum ardore in-
 tensissimi, intescent, & in hortum mutarentur
 odoriferum, Tandem laudet te Sanctus ille, cui
 per vastam incedenti pluuem aquilam demis-
 disti, qui ala vna caput illi a solis radiis tutare-
 tur, altera vero plumario veluti ventilabro ven-
 tum leuiorem excitaret. Tibi vero cunctos cal-
 oris seruasti labores, sudorem, lassitudinem, si-
 tim, famem, afflictionem, & quidem talem, ut
 praeter nimia defagitatione ad oram putei ebullien-
 deres lassus, sitiens, deficiens. Quid te fatigat,
 caeli requies? quid te affligit gaudium Angelo-
 rum? quid te premat leuamen afflictorum? Op-
 tima noui, Domine mi, & ex tuo hoc colligo
 Euangelista dum sic addit: *Hora erat quasi sexta*
ta: dum sol nos meridians vix ardentius ut
 dixit Spiritus S. *In meridiano exiit terram Ig-*
 nis oportet sit, & est amoris, quo ut alter Olearum
 inflammatis.

§. 8. Fatigatus ex itinere. *Lassauit Christum labor itineris: cuius corpus inuit omnia creatura perfectum aprumque fuit, ut in eo pateretur: ex uaticinio Dauid.*

MVLTA SS. Patres congerunt huius Christi
 fatigationis rationes, easque omnes
 omnino praecellentes. Prima facilis est
 intellectu, ob aëris intemperiem, intensionem
 caloris, itineris distantiam, nominatim autem
 ob diuini corporis carnisque tenuitatem.
 Hoc nos quotidiana docet experientia, quod
 tanto magis vel minus ex labore quis fatiga-
 tur, vel onus penamque sentiat, quanto est com-
 plexione tenerior, & quod non solum non re-
 quet imò sapienter recreat agricola, instar que-
 rus robustum in terram prosternit principem,
 frangitque delictatum. Nullum fuit unquam
 corpus, eorum quae Dei manus omnipotens
 condidit, quod magis esset ad patiendum dis-
 positum, & ad dolores poenaeque sentiendum
 aptius, quam Christi corpus: illud etenim
 singulari quadam intentione organizauit for-
 mantique

mauitque Spiritus S. Eminentem planè celestemque continent verba illa philosophiam, quæ David in persona Christi protulit, expentitque congruè materie D. Paulus: *Sacrificium* *oblationem nouissimæ*. *Corpus autem aptissimum* Ita legit Apollolus. Quod psalmus habet: *Corpus autem perfectissimum*. Non tibi dicitur veteris, vetera illa sacrificia satisfecerunt, nec integrè tibi placuerunt: ideo præparasti me, vt vnum tibi dicarem, quod tibi infinitè satisfaceret. & eo fine: *Corpus perfectissimum, corpus aptissimum*.

I. Dno corpus habuit Christi: primum, quod fuerit perfectum: *Corpus perfectissimum*. Alterum, quod aptum intentioni fuerit: *Corpus aptissimum*. Refert de seipso D. Augustinus quod ad quarundam enodationem difficultatum, quas illi proposuerat Romanus quidam nobilis nomine Marcellinus, ad cuius instantiam similiter composuerat viginti duos libros de ciuitate Dei tres ediderit tractatus. De apto & pulchro; (sicut modò non existens) discrimen expendens quod est inter perfectum & pulchrum sine aptum: quod est, quod dicimus intentioni seu proposito conuenire: quod perfectum resulter ab intrinseco, sine respectu seu ordine ad externum; at aptum, seu proposito conuenire ex eo procedit: cuius causâ fit: pulchrum & perfectum in se est immutabile, atamen non dicitur aptum, siue congruus nisi in ordine ad illud, ad quod ipsum desideras, siue ad annulum, siue ad opus vulgare aurificum. &c.

III. Duas hæreses inuenio circa corpus Christi, quas multis ante centurijs annorum conuincera voluit Spiritus S. ore Davidico; quidam enim hæretici existuerunt, corpus Christi, verum non fuisse sed phantasticum & apparens, sicut illa in quibus apparent Angeli, ex aère formata. Hæc fuit hæresis Manichæi, eiusque sequacium. Alij mentis sunt, verum quidem fuisse corpus, sed quod caro eius, non esset passibilis sed spiritualizata, & virtute Diuinitatis impassibilis, qualis nostra futura est in die resurrectionis. Hæc errore lapsus est Valentinus habuque assectas innumerabiles. Has duas hæreses dissoluit Rex David; dicens quod in corpore eius hæc duo præfulserunt: perfectum: *Corpus perfectissimum*, & aptum: *Corpus aptissimum*.

Primum perfectum fuit: vt nullo defectu notaretur in perfectum, ex ijs quæ corpus humanum ad sui perfectionem exigit, in potentijs, in sensibus, in carne, in ossibus, neruis, venis, artetijs &c. vt opus singulare Spiritus S. de purissimo

eius sanguine formatum, quæ vincebat Angelos puritate: *Corpus perfectissimum*. Secundum aptum, & ad intentionem effectum: *Corpus aptissimum*. Ad quid? In quem finem Christi formatum est corpus? Vt in eo filius Dei, dolores, penas, mortemque pateretur, & in altari Crucis offerretur: hoc enim sacrificium necessarium erat, quo iusta Patris æterni ita placaretur, cui dicit, vetera non satisfecisse sacrificia. Illud ergo faciens aptum & patiendo congruum, corpus esse debebat ad hoc ceteris corporibus passibilibus aptius. Redempturus nos erat dolores, penas, mortemque toleraturus, & quia, teste D. Paulo, tantò quis, plura meretur, quàm plura patitur: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem* (quam doctrinam perdoctis argumentis prosequuntur D. Chrysostomus & Diu. Bernardus) iaptatur illi corpus magis passibile, magisque aptum, vt pateretur, sentireque cruciatum, quàm vllum aliud creatum.

Hinc patet discrimen inter Christi corpus, & nostra in particulari. Verum est, corpora nostra mortalia esse & passibilia, verumtamen non eadem fecit Deus intentione vt mortalia essent & passibilia, nec ea mente hominè condidit, vt pateretur, & moreretur, vt ipse testatur: imò potius, dum illum creauit, præmunuit passibilitatem & mortalitatem, quæ propria erant suæ naturæ, dono iustitiæ originalis: quo reddebatur immortalis, & ab omni pena dolore, fatigatione, fame, sitique præseruabatur: *Deus creauit hominem inexterminabilem*. Sed permittit, vt hoc sequatur, quasi materię proprietates, ex qua formata sunt. Sicut nec animus est artificialis, dum vas conflatur vitreum seu crystallinum, vt diffingatur, seu fragile sit, sic nec eius qui gladium conficit, vt rubigine hebetetur, cum eum ad hoc non fecerit, sed hoc necessario consequitur ratione materię de qua conficitur. Itaque nunquam intentionem habuit Deus creandi corpora nostra passibilia, potius voluit essent impassibilia: licet auferendo propter peccatum eorum iustitiæ originalis, quod illa ab omni dolore mortemque præseruabat, illa passibilia remanserint.

Atamen Christi corpus principali intentione Spiritus S. fuit, formatum passibile, dispositum, aptum, ad patiendum, ad sentiendum penas, dolores, tormenta, sitim, famem, mortem, & hoc ita corpus vniuersè in omnibus, quæ Deus creauit, nullum formatum intentionem, quod creauit & ita ad rem dispositum fuerit, vt pateretur, penasque sustineret. Equidem ad patendum constat, quod Rex potentissimus, cui inueniam bit satisfacere iustitiæ, creauerit aliquid in sup-

1. Cor. 3. 8.
a Ep. ad Olymp.
Tom. 5.
b Li. 4. de Consid. ad Eugen.
IV.
Discrimē inter Christi corpus & nostrum.
Sup. 6. 1.

22. Q.
V.
Christi



placium, cruciatumque rebellium, ignem scilicet inferni, de quo dixit: Qui paratus est diabolo esse. Sed ad patiendum & dolores tolerandum, tamummodo condidit & disposuit Christi corpus, quod vnum est ex precipuis fidei nostrae mysterijs. Unde & sensus ipse solus amplius, quam omnes qui in mundo pati sunt & patientur: nec tu tam graviter sentis in pectore pugionem, quam Christus acicula puncturam in digito, si illum pupigisset.

Hoc declaravit Isaias, quod talem desiderasset illum vir iusti: *Desideravimus eum despectum & nonissimum virorum, virum dolorem, & scientem infirmitatem.* Prima tractamus epitheta, *Despectum & nonissimum virorum*, quia non haec illis modo immorari; sed duo posteriora attendamus. Primum, vocat eum: *Virum dolorem.*

VI. Christus vir dicitur dolorum.

En quales habeat Baronias, dolores, penas, languores infirmitates, famem, sitim, flagella, clavos, mortem virum dolorum: Dieuntur in Scriptura: *Viri duntiarum*, qui illas possident ceteris cumulatis, & tanta plenitudine ut illis replentur omnia domus eorum receptacula, scilicet nummis, abacus vasis pretiosis, arca vestibus parietes auleis, ac tapetibus, horrea tritico, cellaria vino, dolia oleo. Desideravimus eum ut veniret ad patiendum, quia desideravimus ut veniret nos redempturus, peccatorum veniam, gratiam, gloriam, omniaque dona divina nobis impetraturus: meritum autem correspondet dolori, quocirca illum desideravimus ut eo veniret modo, quo cunctos pateretur cruciatus: *Virum dolorem*, quocirca corpus eius receptaculum esset & domus omnium dolorum, poenarum, laborum, ut illos in omnibus corporis partibus pateretur, & in omnibus suis potentijs, sensibus interioribus & exterioribus: & esset ille, qui ceteris omnibus palmam eriperet patiendi, talem eum desideravimus. Huic desiderio Deus satisfecit, illi corpus arte quadam singulari perficiens, aptum & congruum in quo pateretur, sentiretque cruciatus.

VII. Inscientiam infirmitatem

Secundo: vocat eum: *Scientem infirmitatem.* Communis est loquendi phrasia: hic novit de illa re, quia illam expertus est, quia eius est proprium officium, eius professio. In Hebraeo vox est, quae ducitur a verbo, quod significat voluptatem, sive quod bene sapiat: q. d. vir qui opum nonit, & cui sapient labores, poenae, tormenta, qui sibi in illis complacet, cui volupe est pati, & laborare. Hunc sensum indicat D. Ambrosius, qui mirum in modum desiderium patiendi dolores, poenaeque sentiente declarat, quo Christus fla-

grabas, prout his verbis manifestavit: *Baptisum habeo baptizari, & quomodo conctor usque dum perficiatur?* Et iterum: *Desiderio desideravi hoc Lacertae Pascha manducare vobiscum.* Hoc illi festum erat VIII. Paschatis, tempus patiendi. Quod satis aperte Christi verbis illis vltimis declarat, quibus, vivendi patienti finem imposuit, si illa legeris per modum interrogationis: *Consummatum est?* Instat febricitans, tum qui siti laborat aestuantissima, cui si vas aquae offeratur, & illa exhausta, sitiens adhuc interroget: *lamne exhausta est nihil est reliqui?* Obtulit Pater, quo sitim patiendi extingueret quae laborabat, calicem illum tam amarum, ut eius tantum odor sudorem illi extraheret sanguineum. Illum Petrus conatur eripere. O Petre hinc age: hic mihi summo perere sapit, hoc sitim meam extinguat: *Calicem quem dedit mihi Pater, non sum, vis ut bibam illum.* Totum exhausti, & videbatur esse satiandus: *Saturabitur opprobrijs:* ait Prothapheta. Cum nulla poenarum, dolorumve gutta fuerit, quae non illo calice contineretur. O calix adeo capax, ut eo totum amarum mare quodlibet poenarum, quas possumus imaginari concludatur. Bibit, & bibit vincula, caputuram, manicas, verbera, colaphos spinas, sputa clavos, cruceam, lanceam, sel, acetum, opprobria, omnia bibit: hoc namque totum est ebire ere pelagus cruciatuum, & adhuc siti exarscens clamat *Sitis:* etiam exhausto calice, sic ut nihil superesset patiendum, emoriente corpore, vinum rema, et patiendi desiderium, dicens: *Consummatum est.* Totum exhausti: *Scientem infirmitatem*, sapiebant illi dolores, poenae, labores.

Hinc illud novimus mysterium, quod recitans ipse vinum bibere myrrhatum sibi in vase bibere. Cuius dum cruciingeretur, oblatum, acetum ac sicut meum hauserit sibi in spongia propinatum. De hoc etiam sic ait D. Joannes: *Cum accepisset acetum, & de hinc altero D. Matth. b. Nolo bibere.* Quia hoc erat velle Christi Salvatoris desiderium eo modo pati tormentura, quo illa & graavis sentiret, & illum meo cruciarent acerbitus. Vinum illud, myrrha per tormentura, ne tormenta sentiret. Acetum autem scilicet reddit vituacioris, excitat ad sentiendum, & velle hi poenarum sensus mitescat, sed acetum excepto quo illas sentiam vituacius, ea itaque voluit ratione pati, quia grauioribus sustineret cruciatus. Ea quam sibi in illis placebat.

Et aliud in super in hac historia notat D. Ambrosius, quod dignum sua doctrina mysterium: *Sitis* est, quia in omnia consummata sunt, ut consummaretur.

X. *Scriptura dicit Sitis.* Neminē puto latere, id quod
 Verbu canit Pfalter Regius describens quasi in propria
 Chelid persona tormenta, quæ Saluator erat passuris, in-
 ter alia & hoc refert: *Dederunt in escam meam*
 fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Confestim
 sele non leuis offert circa D. Evangelista ver-
 ba difficultas? Si scriptura dicat, hoc adhuc esse
 consummandum, & quod nondum erat consum-
 matum, quomodo dicit: *Scips. Iesus: quia iam*
 omnia consummata sunt? Mirabiles hic SS. Patres
 formant ad illa verba conceptus; cum illud o-
 pus, velut vltimum, excellentibus scateet Sacra-
 mentis, quod sic soluit D. August. Verum est, si
 spectas inimicos, iam omnia consummata erant,
 ex eorum iudicio, quæ illi facere poterant, iam
 suo desiderio satisfecerant, eum enim crucifixe-
 rant, iam eum cruce pendulum irridebant, iam
 nudo exprobrabant, iam forte, eius sibi veltimē-
 ta milites disperdebant, iam illum linguis suis
 blasphemis, & sacrilegis iniurijs iritabant iam
 nihil illis, quo Christum torquerent superesse vi-
 debatur, & in rei veritate nihil eorum occurre-
 bat imaginatiōi, aut vquam venerat in men-
 tem tam crudele supplicium, quale hoc erat vt
 fel & acetum in potum ei propiarent: non ce-
 nim intellexerant eum siti torqueti, voluit illis
 Dominus hanc referre cogitationem, & oc-
 casionem dare, qua illum nouo hoc tormenti
 genere cruciatent, cuius nec recordabantur, vi-
 de & illud Sitis: tantum valebat, q. d. O carnifi-
 ces mei crudelissimi, iam vobis videtur nihil im-
 manitati veltre superesse, quo me torqueatis
 nec vobis nouum quid offertur tormenti genus,
 vnum vos effugit & ad hoc nouum tormenti
 genus offero vobis occasionem. *Sitis:* Vltimō
 veloce: accurrite tormento, quo mihi cunctos
 corporis renouetis dolores, maxime verō linguæ
 orisque molestiam. Huc porrigite fel illud &
 acetum, vestrorum symbolum cordium, quæ
 Deo talia semper exstiterunt q. d. Ex D. August.
 Interpretatione: *Hoc minus fecisti Sitis, date quod*
estis. Iudei quippe erant ipsi acetum, degenerantes
 a vno Patriarcharum Esæ. *Vas positum erat aceto*
plenum, & licet præsens aderat, eius tamen, vt
 conijcio, non recordabantur, vt Christo illud ir-
 ritandis eius doloribus porrigerent: nec mirum,
 eum nondum audissent, quod de siti conquire-
 tur. Hoc illis Christus suggessit, dum ait *Sitis:*
 Hoc verba significant Evangelista: dum hæc
 coniungit: *Dixit, sitis: vas ergo positum erat ace-*
to plenum. Sitisne Domine? Sitis: ne illud precor
 iudicaueris: quia iam vides vas præparatum ace-
 tosum, cuius illi minime recordantur: *Vas ergo*

positum erat aceto plenum; quod sitim tuam ex-
 posueris, hoc ipso eorum sitim, qua te crucian-
 di flagrant, excitabis; cum autem ibi paratum
 habeat vas aceto plenum, illico ad illud conuo-
 labunt non sitim tuam leniuri, vel extincturi,
 sed acerbis multo cruciaturi, nouisque penis
 affecturi. Hoc igitur votis omnibus exopto,
 hoc vnicē desidero, hæc sitis mea, illo me potu
 exacerbent, vnde illis etis oblitis, renouo me-
 moriam.

Merito vocat eum Isaac: *Vi misentem in-*
fernitatem. Noster Pagninus legit: *Notus infirmi-*
tati. Id est, cuius domum optime norunt penæ, notus in-
 dolores, iustitiam: etenim eius corpus ad firmitati,
 cauit spiritus S. vt hospitium esset & receptacu-
 lum, in quo dolores omnes & penæ excep-
 rentur, velut in domo ad hoc fugiari eret
 ctas: de quibus f. f. egi: En quam ampla &
 diuina materia Dominicam meditando passio. *Tract. 9.*
 nem, quæ nedum maxima fuit, eo quod ipse *Num. 10. 26.*
 lus tanta pertulit, quanta simul possunt aliquod
 adferre tormentum, sed principaliter quia cor-
 pus illi erat sensibile, quale nec vllus habuit, &
 cui vel minimi dolores, grauiorem adferbant
 molestiam, quam nobis grauissimi.

Vnde colligo primo: summum quo flagrat
 nos saluandi desiderium suamque nobis com-
 municandi misericordiam; vt liquido constet,
 quod ipse querere, & ponere voluerit efficacis-
 simum remedium, vt nobis esset misericors, &
 se iustitiæ suæ opponeret, instatque indignatio-
 ni, quæ contra nos exigentibus peccatis acriter
 exciabat. Communis est hæc Sanctorum
 quaestio: cur tanta voluit pati Dei filius, idque
 tot ac varijs modis pro nostra redemptione, cum
 ad illam plus satis esset effundere illum vel
 minimam guttam sui sanguinis, imò sudoris,
 imò vel propedi in hoc mundo ad vincum pas-
 sum? Ad quid o Domine, tantum dolorum per-
 parumque diluuium, si vel vna gutta sufficie-
 bat? Inter alias rationes vnam non leuem ex-
 pendo consolationem, videlicet, vt eo ipso sep-
 lum obligaret ne nos ob multiplicia peccata
 perderet atrente namque cauet quis opus ali-
 quod aut perdere, aut confringere, quod illi
 pluribus consistit facultatibus.

Ad holidem hic cadit quod tones de Vate
 Iona repetimus, qui dum Deum virget vehe-
 mentius, vt Niuinitas disperderet, eius atemque
 funditus euerteret, decreuit Deus, vt illi hedera
 exaresceret sub cuius vmbra latus accubuerat,
 nec vllam ei sol molestiam attulerat, ex quo
 dum non mediocriter ob plantæ ruita quæ ma-
 gno

XI.
 Christus
 ne nos
 perderet
 tanta pas-
 sus est.

XII.
 Christus
 ne nos
 perderet
 tanta pas-
 sus est.

quo illi erat levamini Propheeta turbatur: ait il-
 li Dominus: Vt quid o Vates indignaris, quod
 hebra exaruerit, quae nec tea erat, quam nec
 feminalli, nec plantalli, nec rigalli, nec in eius
 vtilitatu modicum aut parum laborasti, sed nec
 passum pedis impendisti, & non vis tot perditio-
 ni compatiar animarum, quot esse in hac ciui-
 tate cognoscis Ninive; quae figmentum fuit,
 mearumque factura manuum? *Et ego non par-
 cam Ninive ciuitati magna, in qua sum: plusquam
 centum viginti milia?*

Iona 4. 11

Adiunge modo Domine, quod postmodum
 fecisti, & dic. Tanto dolorosius quis sentit vnius
 ruinae, quando constitit illi labore, opibusque
 carius. Vide num animarum ego debeam gra-
 uiter ferre naufragium, quae tanto mihi consti-
 terunt, in quarum salutem expendi quidquid
 habui, & tot pertuli poenas, quot perferri pote-
 rant. Animarum, quae tam caro mihi steterunt,
 quas vt meas facerem, meum dedi sanguinem,
 fatigatus sum laboravi, extremas passus sum, au-
 gustissia omnia ad mortem vsque pro earum per-
 tuli redemptione: quam apertius conlonat ver-
 ficulus ille Eccleae.

*Quaerens me sedisti lassus,
 Resemisti crucem passus,
 Tantis labor non sit cassus*

O Domine, non sint inanes isti tui labores, non
 infructuosi sudores, non inanes istae fatigatio-
 nes, non cassa poena istae adeo pretiosa.

XIII. Hinc no-
stra ar-
guitur
ingrati-
tudo.

Secundo: prauam nostram tanto Domino col-
 ligo ingratiudinem. Ipse nostri gratiam cunctas
 assumpsit poenas, dolores, labores, quos ille mo-
 do suscepit tolerandos, quo etiam illi molestio-
 res, nec permisit aliquid, quo posset dolor miti-
 gari; nos vero eius gratiam, quod minimum pos-
 sumus perferimus, omnem mouentes lapidem
 ne nos affligant dolores, labores, ieiunia, corporis
 castigaciones, iniuriae, paupertas, contemptus. Tu
 considera, num illa quaeras, num fugias, num om-
 nem tuam apponas curam vt tibi non approxi-
 ment, & quae effugere non tales, contendas ea
 ratione pati, quo tibi minorem adferant crucia-
 tum. Quot procuras condimenta, quo ieiunium
 feras lenius; quot diuerticula quaeris, tua confi-
 teus peccata, quo tanto minor sit verecundia?
 Quot adhibes puluina, ne ex oratione genua
 laborent? Si tanto magis Domino illi places ac
 satisfacias, quae autem plura poteris, perpende, quam
 parum illi satisfacias, cum id tantummodo pa-
 tiaris, quod minimum potes. Et si decrecente do-
 lore, decrescat meritum & operis pondus praer-
 mium, tu videris quam exiguum tibi remaneat

praemium, cum tanto labores studio, vt illud mo-
 dicum quod facis, fiat quo fieri minori potest
 molestia, de quibus aliam diximus. Modo Chris-
 tum intinere, quam fatigatus ex itinere deficiat,
 & qualem tibi proponat Evangelista: *Iesus fuit
 fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem*. Si
 quemlibet de grege lassare poterat ac deiecit
 calor ille intensus, illud iter oblongum, & aspe-
 rum, festinus ille gradus, quam vehementer ille
 fatigaretur, & supra modum deficeret, cuius cor-
 pus magis labore consistebatur, quam omnium,
 qui fuerunt vel erunt in mundo.

S. 9. Fatigatus; Fatigat ibi Christum, & quasi suspendit cor nostrum, quod Hieremias prauum appellat.

Secundam esse causam dicimus nostri duri-
 tiam cordis, quae tanta est vt ipsum Deum
 fatiget, & nostro modo loquendi illum at-
 tonitum reddat & perplexum. Dno nobis D. E-
 uangelista proponit in illa Christi fatigatione
 consideranda primum, quod Christus sedeat il-
 lic velut homo cogitandus, attonitus, suspen-
 sus, ad putei marginem prostratus, capite iuxta-
 nato, & manibus, brachijs manibusque iunctis, eo
 modo quo tu sedis in iunctis brachium complexus,
 & super illud, caput inclinas. Secundum, velut
 vit vere ab itinere fatigatus ad gram sedens pu-
 tici, vt a fatigatione recreetur, & calor ab aqua-
 rum refrigerio remittatur. Nascentur autem hi
 duo effectus ex duobus cordi nostro proprijs: nolens
 primum, quod nullus sit ei terminus, secundum
 quod eius durities omnem superet duri-
 tiam creaturarum. Elegantissime Deus hoc ex-
 plicit per Prophetam Hieremiam: *Pravum est
 cor hominis, & quis cognoscat illud? Alij legunt, vt
 quos sequitur D. Augustin. Graue cor per omnia, la-
 tis homo est, & quis cognoscat illud? Duo perpendas
 epitheta cordi humano propria: Pravum, & graue
 graue. Primo pravum, h. d. eundem tot seditionibus,
 commouionibus, alterationibus perturbatur vt co-
 sit mare, profundissimum, vnde nulla in eo sta-
 bilitas, nullum medium tam efficax quod eius
 possit inuina petrimari: q. d. vides hominem,
 qui creatura videtur esse pacatissima, mitissima,
 maxime flexibilis, quippe qui sit carne mollissi-
 ma compactus? Hoc scias, neminem esse qui se
 possit illi fidere, eius abditia scrutari: tot namque
 sinibus, tot scateat recessibus cor eius, vt non sit
 qui illud peruadat & agnoscat intum: Pravum
 est cor hominis. Et quis cognoscat illud? Et hoc
 Christum*